

2665

H O M I L E T I C I

2666

Peccata aggravantibus, de Articulis Fidei, Impedimentis Matrimonii, septem Sacramentis, Iudicio extremo, 3. dotibus Ani-

mae, 4. dotibus Corporis, Peccatis alienis, Decalogo &c. Hulca, ut plurimum, et plena peccatis metricis. Distichon ultimum:

*Larga dei pietas veniam non dimidiabit.
Aut nihil aut totum propitiando dabit.*

III. fol. 121. absque titulo *Passio Christi* e IV. Evangelistis *synagos* exposita initio ducto ab Evangelii *Job. C. 13. Presens evangelium in tres partes diuiditur, nam agit de christi caritate quam nobis exhibuit &c. Johannis Hussi Operibus inserta edit. 1715. P. II. p. 8. non tamen absque omni prorsus differentia.*

IV. fol. 165. p. 2. Excerpta ex *Augustino, Johanne Chrysf. Bernardo, Concilio Gangrensi, de quaerendo Regno Dei, B. V. Maria, Sacerdote fornicatore, vitandis Clerico Feminis.*

V. fol. 170. p. 2. *Sermo Beati Bernardi super Cantica LXIV. Incipit: Adsum mee promissioni. Capite nobis vulpes paruulas &c. Ut edit. Maur. T. III. col. 1484. Accedunt absque inscriptione Sermo LXV. et LXVI. Ad marginem prioris, ut in edit. legitur: Triplices vulpes. Posterior paullo ante finem in iis verbis: quod et si pena eadem videretur — — deficit.*

Juvat addere fol. 128. Possesorem supra nominatum sequentia adscripsisse: *Staciones Cuiusdam Boemi Sacerdotis Wenceslai Rossij a pressorouia Ordinati Ytalie Mudone (Mutinae in Italia?) Anno 1516. Enumerantur itaque*
Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

usque ad an. 1558. varia Patriae loca, quibus sacrum Curionem egit, inter quae et *Praga ad S. Martinum* et *S. Aegidium*, sed *Pisek*, ut ait, *tenet primicias*. Ex ordinatione *Italica* Nostri concluderem, eum ab Utraquistis non stetit; video enim in Epistola Administratoris et Consistorii *Prag. ad Frid. Nauseam* inter Epistolas ad eum datas Edit. *Basil. 1550. f. L. X. p. 449.* Episcopos *Italiae* ad unam tantum Speciem populo distribuendam Candidatos Sacerdotii obligasse.

DCC.

Codex chartaceus lat. Sec. 517 XV. Folior. 111. 4. luculente, calamo tamen diverso exaratus, et olim *Wencesl. Rossij*, ut fol. 41. his verbis testatur: *Sacerdos Wenceslaus Rossius a pressorouia a multis temporibus et annis habuit sermones hos et scripsit bec anno post Iubileum primo Tempore regis Ferdinandi in duba Ciuitate, complectitur Sermones de Tempore five primas potius Sermorum lineas a Dominica I. Adventus usque ad Dominicam in Palmis. Initium est: Erunt signa in sole et luna. Luc. 21°. In hoc Evangelio christus declarat sua opera*

2667

CODICES

2668

opera terribilia fienda propter iniquos &c. Glossae Bobemicae hinc inde insperfae horum Sermonum patriam produunt.

passim insperfas fol. 39. p. 2. Sermo integer de Purificatione B. V. M. hac lingua comparet. Rarior fortasse Sermo latinus est, fol. 124. inscriptus *Marie niuis.*

DCCI.

DCCIII.

534 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 176. 4. caractere crasso perscriptus *Sermones sacros* continet in *Epistolas et Evangelia a Paschate* usque ad *Pentecosten* in Ecclesia legi solita, Evangeliiis integris non raro praemissis. *Sermo Primus* ita exorditur: *Hodie in hac magna et gloriosa sollemnitate celebramus et recolimus, et deo deus omnipotens quod ponderose et deuote recolamus illam gloriosam domini saluatoris nostri resurrectionem &c. Glossae Bobemicae* frequenter insperfae et totus *Codicis habitus verifimile faciunt, eum quoque olim Wenceslai Rossii Bibliothecam auxiffe.*

536 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 197. 4. luculente exaratus continet: I. *Sermones sacros* ab initio *Quadragesimae* usque ad *feriam III. post Pascha.* Initium *Sermonis I. in capite Jejunij* est: *Sancta mater ecclesia iam isto tempore quasi ex sompno populum excitat ad penitentiam &c.* In his *Sermonibus* Orator non continuo, ut mos, ad exponendum *Diei Evangelium* adgreditur, sed quaedam in *Epistolam* praefixam commentatur. Non desunt *Glossae Bobemicae.*

II. fol. 156. absque Titulo *Institutiones de Fide et Symbolo Apost. de Praeceptis Decalogi, Oratione Dom. Peccatis novem alienis, octo Beatitudinibus, Peccatis mortalibus, de Creare, de Credere, de Remissione Peccatorum, Obedientia, Excommunicatione et Simonia.* Initium: *Cum quilibet christianus usum rationis retinens tenetur deum super omnia diligere &c.* Priores tres *Articuli*, neque hi quidem integri, exhibentur in *Opp. Job. Huffs* edit. 1715. P. I. p. 38. tanquam in *Carcere Constant.* ab eo conscripti. Igitur dicendi erunt *Editores* mancum *Exemplar* naeti fuisse, *Lectorique* suborietur *du-bium*, an, quod ajunt de *Carcere*

DCCII.

535 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. nunc 182. 4. medio concerptus et sine mutilus, ejusdem cum praecedente habitus, et, ut puto, *Possessoris*, continet *Sermones sacros* in complures *Dies festos*, initio ducto a *Festo Thomae* *Apost.* hoc tenore; *Thomas unus de duodecim qui dicitur didimus. Job. XX°. Pueri dilecti hodie sancta mater ecclesia celebrat festum &c.* Itaque catechetica est *Diatio.* Ad sunt *Sermones* de *SS. Vito, Procopio et Ludmilla*, et praeter *Glossas Bobemicas*

Con-